

1251 7/3

Lyon

Livonia (prov. of Dacia, Polonia and Teutonia)

*Pope Innocent IV enjoins the Friars Preachers, who preach the crusade against the pagan Livonians, to collect alms and redemption money in favour of the crusade, which is to be handed over to the Teutonic Order for its need of arms and horses.*

Source: A. Transcript. Vatican Archives, Rome. B. Transcript. General Archives of the Order of Preachers, Rome.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis prioribus et fratribus ordinis predicatorum, predicantibus contra paganos Livonie, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii fratres quondam militie Christi, nunc hospitalis *sancte* Marie Teutonicorum de Livonia, et fideles alii loci eiusdem, in armis et equis sine quibus male ducitur exercitum militare, defectum plurimum, sicut accepimus, patiantur; ad instar felicitis recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri, devotioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus eleemosynas et bona, que ad opus ipsorum et fidelium predictorum, ad vos de votorum redemptione, in ipsius Livonie subsidium emissorum, proveniunt vel hactenus provenerunt, memoratis fratribus pro emendis armis et equis et aliis necessariis sublato difficultatis obstaculo, assignetis; alias ipsis, quod in Deo potestis, subventionis solatium procurantes, ut dum pluribus fuerint roborati subsidiis, liberior perficere valeant, que sunt ad gloriam redemptoris. Datum Lugduni, nonis martii, pontificatus nostri anno octavo.

Published: B. *Bullarium Ordinis Praedicatorum* vol. I no. 218; *Liv-, Est- und Kurländisches Urkundenbuch* 1. ser. vol. VI no. 3024.

Comment: The bull seems addressed to all Dominican convents involved with preaching the Livonian crusade of the Teutonic Order, something which the provinces of Dacia, Polonia and Teutonia all had been enjoined to do since the early 1230s.

[ExDOP mainpage](#)

[Centre for Dominican Studies of Dacia](#)